

quam virorum, ne in ruborem darentur. *Vid.*
Majmon. de Synedriis c. 21. §. 6.

§. 2.

Unde merito conqueritur divinus vates Esai-
 as cap. 1. commate 23. quod causæ viduarum ad
 iudices non veniant, cum tamen citissime debe-
 rent expediri, & aliorum potius in foro relinqui
 causæ, quam viduarum segniter tractari.

THESIS III.

*Viduae pauperes Hebrææ ut & pu-
 pilli in diebus festis alebantur, de
 jacrīs victimis, quæ res ad dierum
 festorum lætitiā referebatur.*

§. 1.

*Pulcherrime hanc consuetudinem alendi vi-
 duas in festis describit Majmon. in libro de com-
 pa-*